

ita probat textus notabilis in leg. *Parentes. ff. de In jus vocand. ubi habetur, quod talis filius non potest vocare parentes in jus sine venia, sub poena illius tituli. Ex quo textu sumit ibi Guillelm. de Cum. superiorem doctrinam & conclusionem: quod dispositio, quæ respicit, & considerat ipsam naturalem causam, vel rationem, & ipsum jus sanguinis, benè extenditur ad filios naturales, vel spurios: & idem tenet ibi Angel. dicens esse pulchra verba: tenet etiam Bald. ibi 2. column. num. 4. Paulus de Castr. in leg. 4. illius tituli. Angel. in dict. leg. *Hos accusare. §. Omnibus. ff. de Accusationibus. 1. column. in fin. Tenet etiam Azo. in Summ. Cod. de In jus vocand. 2. column. num. 7. Præpos. in cap. Per venerabilem. Qui filii sint legitimi. fin. column. licet Glos. in dicta leg. Parentes. ff. In jus vocand. teneat hoc esse verum in naturali tantum; secus in spurio, nefario, & incestuoso: quam expressè tenet, & sequitur Imola in leg. *Lucius. §. fin. de Legat. 2. Idem Imol. in leg. Ex facto. §. Si quis rogatus. el 2. ff. Ad Trebellian. 5. column. & pen. & ibi Alexand. 11. column. num. 25.***

52 Tertio infero, quod talis filius naturalis, vel spurius potest accusare de morte patris, tanquam prosequens suam, vel suorum injuriam: ita Bartol. in leg. 2. de Accusationib. 2. quest. Angel. in leg. 1. ff. ejusdem tituli. Bald. notabiliter in leg. 1. Cod. Quia accusare non poss. 11. column. num. 50. cum modificatione, de qua ibi per eum. Quod tamen intellige & declara, ut per Imol. in leg. *Ex facto. §. Si quis rogatus. el 1. penult. column. in med. ff. Ad Trebel. & ibi Alexand. 17. column. num. 40.*

Quarto infero, quod sicut parentes possunt instituere filios legitimos, & naturales in minus solemnè testamento, ut in leg. *Hac consultissima. §. Ex imperfecto. Cod. de Testament. ita etiam instituere filios, vel descendentes naturales tantum in eo quod capere possunt: Ita tenet Spec. in tit. de Instrumentor. edit. §. Compendiose. vers. Quod si mulier. Alber. & Paul. de Castr. in dicto §. *Ex imperfecto. de quo articulo latius dixi suo loco.**

Quinto infero, quod sicut filius legitimus prohibetur testificare pro patre, vel contra patrem ratione affectionis naturalis, & reverentiæ, ut in leg. *Parentes. cum materia, Cod. de Testib. & in leg. 4. ff. eod. ita etiam prohibetur filius naturalis, vel spurius: Ita reperio quod tenet in specie Bald. in dicta leg. *Parentes. ff. de In jus vocand. 2. column. num. 4. Imol. in leg. Ex facto. §. Si quis rogatus. el 1. ff. Ad Trebel. fin. column. in princip.**

53 Sexto infero, quod poena privationis, &

inhabilitationis filiorum, quæ ipsis infertur propter delictum criminis majestatis divinæ, vel humanæ commissum à patre, de qua per textum in cap. *Statutum de Hæretic. in 6. & in leg. Quisque. §. Filii verò. Cod. Ad legem Jul. majest. habet etiam locum in filiis naturalibus, vel spuris, dummodò habeant patrem certum: ita Cinus. in dict. §. *Filii verò. 2. column. quest. principal. & ibi Bald. 3. column. 2. quest. Angel. 1. column. num. 5. Salicet. 2. column. 3. quest.**

Septimo infero, quod talis filius naturalis vel spurius poterit hodiè retrahere rem patrimonii, vel generis, considerata affectione naturali, in qua se fundant leges regiæ: & expressa ita tenet Montalv. in leg. 13. tit. 10. lib. 3. *Fori legum. antep. column. versic. Item quæro. &c. & allegant Guid. & Petr. ita tenentes: tenet etiam Rayn. in leg. Dudum. Cod. de Contrahend. empt. 24. quest. Nec obstat quod talis filius non succedat in bonis patris. Quia illud est, si vult succedere immediatè patri: secus verò aliis; quia potest, etiam in bonis patris: Unde meritò postquam alteri vendidit, potest retrahere. Vel aliter respondeo, quod licet non possit succedere patri, titulo lucrativo, tamen benè potest succedere titulo particulari oneroso, ut supra conclusum est. Contrarium tamen videtur verius, imò, quod non possit retrahere: quia ratio in qua se fundant prædictæ leges, scilicet ne res exeat de familia, non militat in spurio, cum in eo cesset legitima successio. Secundò facit, quia hodiè de jure regio talis filius spurius non potest acquirere bona patris etiam titulo particulari oneroso: & istam partem tenet Doctor de Villadiego in repetit. cap. *Constitutus. de In integr. restitut.**

Octavo notabiliter infero, quod filius naturalis natus ex patre nobili erit etiam nobilis: tenet Bart. in leg. *Pronuntiatio. §. Familia. ff. de Verb. signification. idem Bartol. & alii in leg. final. Cod. eodem tituli. idem Bartol. in leg. Tutelas. ff. de Capite minutis. Joan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. *Qui filii sint legit. 2. column. in princip. Abb. Pan. notabiliter in cap. In presentia. de Probat. 7. column. num. 23. ubi dicit, quod quando tractatur de privilegio, vel commo, veniunt filii naturales ex quadam humanitate, & benignitate. Contrarium tamen tenet Bald. in leg. *Cum antiquioribus. Cod. de Jure delib. 4. column. idem Bald. in leg. Cum legitime. ff. de Statu homin. idem Bald. in leg. Generaliter. §. Cum autem. Cod. de Institut. & substit. Idem Bald. in cap. *Per tuas. de Majorit. & obed. idem Bald. in cap. Innotuit de Electi. fin.****

fin. col. Platea in leg. *Si Senator. Cod. de Dignit. Florian. in leg. Qui testament. ff. de Probat. Pro qua sententia, & conclusione est hodiè quædam notabilis lex scilicet lex 3. tituli. 15. 4. partit. & lex 2. tituli. 13. 4. partit. Sed pro concordia dico, quod aut filius naturalis est natus ex concubina certa, & retenta in domo; & tunc est nobilis, gaudet honore, & nobilitate patris: & ita procedat prima opinio, pro qua est hodiè lex 1. tituli. 11. 7. partit. & licet hodiè non sit natus ex concubina retenta in domo, sufficit quod concurrant requisita in leg. 11. sequent. Si verò non sit natus ex tali concubina certa, non sit nobilis, & non gaudet honore, & nobilitate patris: & ita procedat secunda opinio, & leges Partit. primo loco allegatæ. Et hoc intellige, modò talis filius sit naturalis tantum, modò incestuosus, nefarius, vel natus ex damnabili coitu.*

Nonò infero, quod sicut filius vel descendens potest transmittere hæreditatem jure sanguinis ad descendentes posteros legitimos, & naturales, ut in leg. *unic. Cod. de His qui ante aper. tabul. ita etiam poterit transmittere ad filios, vel descendentes naturales tantum, in casu quo possunt succedere: & eodem modo talis filius, vel descendens naturalis, qui est hæres patri, vel matri ex testamento, vel ab intestato, poterit hæreditatem transmittere in descendentes ejus; quia prædicta lex unica, & ejus privilegium fundantur in ratione sanguinis: & in expresso ex isto fundamento istam sententiam, & conclusionem tenet Joan. de Imol. in leg. *Ventre præterito. ff. de Acquirend. hæred. 11. column. Aret. ibi. 15. col. Salic. in l. Apud hostes. Cod. de Suis & legit. hæred. fin. column. penultim. quest. Et istam opinionem ego teneo, licet contrarium teneant expressè Angel. & Corn. in leg. unica, Cod. de His qui ante aper. tabul.**

Advertendum tamen, quod omnia, quæ supra dicta sunt, habent locum, & procedunt in filiis naturalibus, vel spuris non legitimatis: Si verò sunt legitimati, dubium est, an succedant in bonis parentum, & eorum nobilitatibus, prærogativis, dignitatibus, & officiis? Pro cujus perfecta declaratione dico, quod principaliter duobus modis potest in jure nostro fieri legitimatio: uno modo per rescriptum

Principis: alio modo per subsequens matrimonium. Per rescriptum Principis, quando Princeps non recognoscens superiorem concedit legitimationem filio naturali, vel spurio, & restituit eum primis natalibus, quibus omnes homines liberi, & legitimi nascebantur: textus est in *Authent. Quib. mod. natur. effic. leg. cap. Si quis sane non habens. & cap. Si igitur licentia. & quasi per totum. collat. 6. & ibi communiter DD. textus in *Authentic. Quib. mod. natur. effic. sui. cap. Illud tamen. vers. Si quis ergo filius. & quasi per tot. collat. 7. & ibi etiam DD. text. in *Authent. Præterea. & in *Authent. Item sine. Cod. de Natur. liber. text. in cap. Per venerabilem. Qui fil. sint. legitimi. (a)****

55 Secundo modo fit legitimatio per contractum matrimonii: nam si quis habet filios naturales ex concubina, & postea contrahit matrimonium cum ea, statim tales filii ipso jure legitimantur, tanquam si à principio essent legitime nati: textus est famosus, & capitalis in *cap. Tanta. Qui filii sunt legitimi. cujus verba sunt: Tanta est vis matrimonii, ut qui antea sunt geniti, per contractum matrimonii legitimi habeantur. textus in cap. 1. eodem tituli. textus in leg. *Cum quis. Codic. de Natur. liber. text. in leg. Nuper. eodem tit. text. in §. fin. Instit. de Nupt. text. in §. Quibus. Instit. de Hæreditatib. quæ ab intestat. defer. text. in *Authent. Quibus modis natur. effic. sui. cap. 8. versic. Si quis igitur dotalia. collat. 7. textus in leg. 1. in fin. tit. 13. 4. partit.***

Quod tamen intellige, quando tempore quo suscepit prædictos filios naturales, poterat legitime contrahere matrimonium cum concubina, ut quia erant soluti: secus verò si aliquis eorum tunc erat uxoratus, vel coitus esset incestuosus, licet postea contrahant cum dispensatione, vel ex qualibet alia causa non poterant de jure contrahere matrimonium; quia tunc, licet postea cesset illud impedimentum, & contrahant, non legitimatur filius: textus est in dicto cap. *Tanta. versic. 1. Qui filii sunt legitimi. text. in dicta leg. Cum quis. Cod. de Natur. liber. in princ. ibi: Cujus matrimonium non est legibus interdictum. text. in dicta leg. Nuper eod. tituli. ibi: Eam tamen cum quæ poterat habere connubium. text. in dict. §. fin. Instit. de Nupt. ibi: Cujus matrimonium minime legibus in-*

(a) De ista materia legitimatationis, vide latè per Tell. in leg. 12. Taur. Molin. lib. 3. de Hispanor. primogeniis. cap. 3. per totum. Rojas latissime de Success. ab intestat. cap. 23. & cap. 15. Gutierrez in §. Sui, Institut. de Hæred. qualitate, & different. numer. 187. cum seq. per Matienz. in leg. 10. tit. 8. & novissime per Aceved. in dict. leg. 10.



interdictum fuerat. text. in dict. §. Quibus. ibi: Eam tamen cum qua poterat habere conjugium. text. in dict. Authent. Quib. mod. natur. effi. sui. cap. Reliqui. vers. si quis igitur dotalia. collat. 7. ibi. Cui omnino licet copulari. text. in leg. 2. in fin. titul. 15. partit. 4. & in expresso istam sententiam tenet Joan. Anchar. in dict. cap. Tanta. 1. column. & ibi Cardinalis fin. quat. Abbas penultim. column. numer. 14. Anton. 3. column. numer. 15. Anch. 2. column. numer. 8. Joann. Faber. in §. fin. Instit. de Nuptiis, 2. column. numer. 2. & ibi Platea, Christophor. & communiter DD.

56 Nunc verò extende superiorem conclusionem, quæ habet, quod per contractum matrimonii legitimantur filii; ut procedat etiam si pater contrahat cum concubina in articulo mortis, & in extremis, taliter quod evadere non possit, nec subsit aliqua spes proli recipiendæ. (b) Primò, quia susceptio liberorum non est de substantia matrimonii, quando illa deficit ex defectu accidentalium: textus est in cap. Commissum. de Sponsalib. ubi ille qui proposuit religionem intrare, potest contrahere eo animo ut statim ingrediatur religionem, & tamen valet matrimonium, & ad hoc notant Abbas & communiter scribentes. Secundò facit text. in cap. Nuptiarum. caus. 27. quæst. 1. in princip. juncta Gloss. in verb. In quibusdam. ubi habetur, quod senex in maxima senectute constitutus potest contrahere matrimonium, licet non sit aliqua spes suscipiendæ proli, & tenet matrimonium in humanitatis solatium: textus in leg. final. Cod. de Nuptiis, ubi disponitur, quod senex, qui habet sexaginta annos, potest contrahere matrimonium. Sed advertendum, quod hoc debet intelligi quando impedimentum suscipiendæ proli non est certum: secus verò si sit certum, & perpetuum, ut quia sit constitutus in postrema ætate, & senectute, taliter quod impossibile sit generare; quia tunc non possunt contrahere: ita Gloss. in cap. 2. de Frigidis. & ibi Vincent. Gofred. Anchar. Abb. Præpos. & communiter Doctores & facit textus, & Glossa ordinaria, & communiter Doctores antiqui in leg. Si serva. §. Si spadoni. ff. de Jure dot. ubi ille, qui est omnino castratus, non potest contrahere; spado verò sic: & illum textum sic intelligit, & declarat Socin. in leg. 1. ff. Solut. matrim. 3. co-

lumn. in fin. idem Socin. in leg. Sed est quæsitum. ff. de Liber. & posthum. facit etiam textus in leg. Nuper. versic. Sufficiat. Cod. de Natur. liber. ibi: & spem tollendæ sobolis habeant. ubi dicit, quod matrimonium debet contrahi spe procreandæ sobolis: Facit etiam ipsa constitutio matrimonii, quæ fuit causa procreandæ sobolis, ut habetur Genes. cap. 2. dum dicit: Crescite, & multiplicamini. Tertio pro hac sententia facit textus notabilis in leg. Sed est quæsitum. in princip. ff. de Liber. & posthum. juncta Gloss. 1. ubi habetur, quod senex, vel spado, qui generare non possunt, licet possunt contrahere matrimonium; inspecta potius natura, quàm accidenti. Confirmatur per textum in leg. 2. §. Illud. ff. de Adoptionib. ubi spado, qui ex accidenti generare non potest, bene potest adoptare: secus tamen est in castrato, qui omnino coire, nec generare potest; quia nec contrahit, nec adoptat, ut dixi proximo fundamento. Et in expresso istam sententiam tenet Cin. in leg. Nuper. Cod. de Natur. liber. saltem eo casu, quo filii naturales erant superstites; aliàs verò eis non extantibus, non teneat matrimonium: & ibi Bald. Ang. Salicet. tenet etiam Alber. qui notabiliter loquitur, in leg. Cum quis. eodem titul. 4. column. versic. Circa tertium articulum. Angel. de Per. in leg. Sed est quæsitum. ff. de Liber. & posthum. & ibi Aretin. Raph. Cuman. Socin. & Jas. Joan. de Imol. in leg. Si quis posthumos. in fin. eod. titul. & ibi Alexand. & alii DD. Imol. in leg. Gallus. in princip. final. column. propè finem. versic. Item nota eod. titul. Bald. in cap. 1. §. Naturales. 3. column. num. 10. Si de feud. fuer. controver. inter domin. & agnatum. vasalli. idem Bald. in rubr. Cod. de Privil. dotis. 2. column. post princip. Angel. in Authent. Quib. mod. natur. effi. legitimi. in princip. numer. 2. collat. 6. Angel. de Aret. in §. fin. penultim. column. num. 11. Instit. de Nupt. & ibi alii DD. Joan. Andr. notabiliter in dicto capit. Tanta. 1. column. in princip. Qui filii sint legitimi. & ibi Cardin. 2. column. num. 6. Anton. de Butr. 3. column. num. 14. Anchar. 1. column. in fin. num. 4. Collectarius, 2. column. in fin. num. 5. Præpos. 3. column. num. 7. Abb. in cap. Commissum. 1. column. num. 3. de Sponsalib. idem Abb. in cap. 2. de Conjug. lepros. 1. column. num. 4. latè. Joan. Andr. in Regul. Sine culpa. de Regulis ju-

(b) Ejusdem sententiæ fuit Castell. in leg. 21. Taur. num. 25. Cifuentes num. 15. Tiraquel. in leg. Si unquam. verb. Susceperit liberos. num. 73. Cod. de Revocandis donationib. Duē. in Regul. 350. limitatione 1. Molin. de Primogen. lib. 2. capite 5. num. 25. & 26. Matienz. in leg. 10. tit. 8. lib. 5. Recop. glos. 3. num. 4. Covarr. in Epitom. de Sponsal. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 10.

Jure in 6. r. & 2. column. Antonius de Rosell. in tractat. Legitimation. fol. 3. versic. Ulterius quero. Ludovicus de Sardis, qui notabiliter loquitur in tractat. de Legitimation. in part. & rubric. de Legitimat. per verum matrim. in 1. quæst. 2. volum. & tractat. Contrariam tamen sententiam tenet Richard. de Malv. in quadam disputatione sua; Bald. in dicta leg. Sed est quæsitum. ff. de Liber. & posthum. imò, quod non legitimantur filii: Glossa ibi in verb. Nec atas. quam ad hoc reputat singularem: tenet etiam Imola in leg. Cum tale. §. Mævie. de Conditionib. & demonstr. saltem eo casu, quo esset penitus in ultimo articulo, & extremo mortis, quo nulla subest spes salutis. Sed pro concordia dico, quod licet contrahatur matrimonium in articulo mortis, taliter quod tunc nec agere, nec generare possit, bene valet matrimonium, & filii legitimantur per jura superius adducta; quia illud est vitium accidentale, & etiam quia per convalescentiam subest spes sobolis procreandæ, nec reputatur impossibilis talis convalescentia, quantumcumque contrahens sit in articulo mortis, quia quoad nos mors est incerta, & illa spes potentialis debet sufficere. Si verò contrahens matrimonium sit constitutus in maxima ætate, taliter quod naturaliter non subest jam spes generandi, non valeret matrimonium, nec legitimantur filii. De hoc tamen dubito; ideo cogitatio: nam vidi quod legitimentur, quia subest spes proli jam susceptæ, & potest dici de novo suscepta propter novam qualitatem legitimationis: & hoc sentit Joan. Andr. in dict. cap. Tanta. 1. column. & ibi Caravit. 12. column. num. 6. Anton. 3. column. num. 34. Anch. 2. column. in princip. 57 Limita tamen superiorem conclusionem, quæ habet, quod per subsequens matrimonium legitimantur filii; ut procedat, præterquam si fiat in fraudem substituti, vel fideicommissarii, qui ex aliqua dispositione est vocatus in defectum legitimæ proli; & de illa fraude possit apparere, vel constare verè, vel præsumptivè: ita singulariter Angel. de Per. in dict. l. Sed est quæsitum. ff. de Liber. & posthum. & ibi Socin. 2. column. Alexand. ubi reputat hoc esse notabile, in leg. Si quis posthumos. 2. column. (c) Et adde, quod dicitur constare verè, quando expressè ipse pater, vel mater dixisset coram testibus, se contrahere matrimonium propter odium, & inimicitiam substituti, vel fidei-

commissarii, ut excludatur à successione; quia tunc, licet matrimonium teneat, non tamen excluditur substitutus: ita expressè tenet Alexand. in dict. leg. Si quis posthumos. 2. column. in med. versic. Posset tamen. ff. de Liber. & posthum. & confirmatur ex singulari sententia Abbatis antiqui in cap. In præsentia. de Probation. ubi dicit, quod licet Monasterium in quo gravatus intravit, excludat substitutum, ut in dict. cap. In præsentia. & in Authent. Nisi rogati. Cod. ad Trebell. tamen debet intelligi, præterquam si ingressus fiat in fraudem, quia tunc non excluditur: & quod de tali fraude potest verè constare, si ante gravatus ipse comminatus fuit substitutum: argumento text. in cap. Sedes. de Rescriptis. & in cap. In nostra. de Sepult. & in cap. Officii. & in cap. Requisiti. & in cap. final. de Testament. & textus notabilis in proposito in cap. 2. de Renunc. lib. 6. & istam sententiam tenet Joan. Andr. in dicto cap. In præsentia. final. column. in fin. & ibi notabiliter Abbas Panorm. 16. column. num. 45. & ibi Moderni, præcipuè Felin. 15. col. num. 34. in cujus confirmationem allegat Dominus Abbas text. quem dicit singularem, in cap. fin. caus. 20. quæst. 3. ubi si quis inducitur per Episcopum, vel Abbatem ad Religionem, causa bonorum non quaeritur Monasterio, sed remanet apud hæredes: & illum textum ad hoc reputat singularem idem Abb. in cap. Præterea. de Officio Delegat. 1. column. in fin. num. 5. idem Abb. in cap. Cum dilectus. final. column. Quod metus causa.

58 Item dicitur constare præsumptivè, eo ipso quod contraxit in mortis articulo, vel maxima senectute, & sic eo tempore quo non esset spes sobolis procreandæ: quia tunc alio non probato, præsumitur contraxisse in fraudem: ita singulariter tenet Angel. de Per. in dicta leg. Sed est quæsitum. ff. de Liber. & posthum. argumento textus in dicta leg. Nuper. Cod. de Natur. liber. quem corruptè allegat: idem tenet Angel. in dicta leg. Nuper. num. 3. Et confirmatur ista decisio Angel. ex doctrina singulari Bald. in cap. In præsentia. de Probat. 6. column. num. 34. ubi dicit, quod si quis ingreditur religionem in articulo mortis, & profitetur, non excludit substitutum; quia videtur fecisse in fraudem substituti: argumento textus notabilis in leg. Filia mea. ff. Solut. matrimon. Sed ista decisio Angeli apertè est falsa, quia aliàs sequeretur quod nullo casu legiti-

(c) Vide Molin. idem tenentem, & alios plures allegantem, de Primogen. lib. 2. cap. 5. numer. 25. & 2. Tiraquell. in dicta leg. Si unquam. verb. Susceperit. num. 74. Cod. de Revocandis donationibus.



marentur filii per contractum matrimonii in articulo mortis, cujus contrarium tenet communis opinio, ut supra conclusum est. Et ita in specie reprobatur Alexand. in dicta leg. Si quis posthumus 2. column. de Liber. & posthum. & ibi Jason. penultim. column. num. 10. Similiter etiam est falsa illa sententia Bald. in dict. cap. In presentia. ut patet ex superioribus, & in specie eam reprobatur ibi Felin. 15. column. num. 34.

Item etiam dicitur constare præsumptivè de fraude, quando quis contraheret matrimonium in articulo mortis cum tali muliere, cum qua honestè non potuit contrahere, attenda qualitate personarum, & loci; puta si contraheret cum ancilla, famula, vel vili persona: quia tunc non excluderetur substitutus, argumento textus in leg. Cum ita legatum sit. ff. de Condition. & demonstration. & in leg. Nepos Proculo. ff. de Verborum. significat. textus in leg. Si rogatus. §. Matrimonii. ff. de Manum. vindic. textus in leg. Non tantum §. Si emancipatus. ff. de Contra tabul. facit etiam textus in Authent. Quibus modis naturales efficitur legit. cap. Si igitur licentia. collat. 6. ubi habetur, quòd licet eo casu, quo potest fieri legitimatio per contractum matrimonii, non possit fieri per rescriptum Principis, nec alio modo; tamen debet intelligi, si honestè potest contrahi, sine dedecore, & ignominia: secus verò aliàs; quia tunc non tenetur quis contrahere: & ad hoc notat Glossa ordinaria, Angel. & communiter DD. & ad hoc illum textum dicit singularem, & unicum Bald. in cap. Illud. 1. column. n. 3. de Præsumpt. notat etiam, & commendat idem Bald. in §. Per tuas de Major. & obed. num. 5. notat etiam Platea in §. final. Institut. de Nupt. final. column. tenet etiam, & reputat singularem Jason. in leg. Gallus. §. Et quid si tantum, ff. de Liber. & posthum. 21. column. num. 90. & illum textum, juncta Glossa, reputat singularem Anton. de Rosell. in tract. in Legitim. fol. 96. versic. Modo viso de causa. num. 2. ita refert Socin. in dict. leg. Sed est quæsitum. ff. de Liber. & posthum. 2. column. dicens, ita vidisse consultum per aliquos solemnes DD. Sed in veritate ista opinio est falsa, quia textus in dict. cap. Tanta cum simil. dicit, quòd indistinctè filii legitimantur per subsequens matrimonium, si tempore procreationis filiorum poterat esse inter parentes matrimonium: sed constat quòd matrimonium tenet etiam cum ancilla, vel famula, vel vili persona, ut in Authent. Ut liberati de ceter. collat. 6. & in Authent. de Trient. & semi. cap. Quod autem Collat. 3. ergo &c.

ita expressè tenet Socin. ubi supra. & ante eum expressè voluit Hostiens. in Summ. Qui filii sint legitim. §. final.

Secundò principaliter limita, præterquam si talis infirmus existens in articulo mortis, vel senex in decrepita ætate constitutus amiserit sensum, taliter quòd deficeret sibi consensus ad contrahendum; quia tunc nec matrimonium tenet, nec filii legitimantur: argumento textus in cap. Tua. de Sponsalib. & in terminis ita tenet Anton. de Rosell. in tract. de Legitim. Socin. in dict. leg. Sed est quæsitum. ff. de Lib. & posthum. 1. column. in fin.

59 Item quæro in materia nostra: Si ille, qui habet filios naturales ex concubina, contrahit matrimonium cum legitima uxore; & ea mortua, contrahat cum concubina, an prædicti filii legitimantur? Et videtur quòd non: Primo, quia ista legitimatio, quæ fit per subsequens matrimonium, inducitur à jure per modum & viam fictionis, quia fingit jus, matrimonium antea esse contractum: ita probat textus in dict. cap. Tanta. & ibi expressè tenent Innoc. & Abb. & communis opinio: Sed fictio requirit duo extrema habilia, scilicet tempus à quo incipit, & tempus ad quod extenditur: textus in leg. Bonorum. ff. Rem rat. hab. text. in leg. Quotiens. versic. Et ideo. ff. de Novation. text. in leg. Cum hæredes. §. 1. ff. de Acquir. posses. text. in leg. Ejus qui apud hostes. ff. de Testament. textus in leg. Donationes quas parentes. juncta Glossa ordinaria, & communi opinione, Cod. de Donat. inter vir. & uxor. textus in leg. Gallus. §. Si ejus. ff. de Liber. & posthum. & tenent magistraliter Bartol. in leg. Si is qui pro emptore. 3. column. & 3. oppos. ff. Usucap. & ibi communiter DD. & in nostro casu licet reperitur habilitas in tempore à quo incipit fictio, hoc est in tempore quo contrahitur matrimonium, tamen deficit in tempore ad quod fit extensio, cum medium tempus sit inhabile propter matrimonium contractum cum legitima uxore; quod quidem medium videtur impedire transitum fictionis ad extremum ad quod: Ergo, &c. Confirmatur, quia medium inhabile impedit extrema conjungi in acquisitione juris, vel effectus: text. est in leg. Servitutes. la. 4. §. final. ff. de Servitut. titul. general. textus in leg. Qui sella. §. final. ff. de Servitut. rust. præd. text. in leg. Tria prædia. eodem titul. textus in leg. Hæredes palam. §. final. ff. de Testament. textus in leg. Hac consultiissima. Cod. de Testament. textus in leg. 1. ff. de Verbor. obligation. textus in leg. Continuus. eod. tit. Et in expressò istam sententiam tenet Ludovicus de Sardis in tractat. Legitimation.

tion. in part. & rub. de Legitimatione per verum matrimonium. 2. quest.

60 Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, imò, quòd prædicti filii legitimantur, & matrimonium retrahitur. Primò, quia textus in dict. cap. Tanta. & jura similia non requirunt aliquam habilitatem in medio tempore, sed tantum in suis extremis. Secundò pro hac sententia facit bonus textus in Authent. Quibus modis natur. efficitur legit. cap. Sit igitur. §. Si verò solummodo. in fin. ibi: Aut primitus. natis. collation. 6. ubi dicit, quòd filii naturales, modò nascantur ante nativitatem legitimatorum, modò post, semper legitimantur per subsequens matrimonium: ergo patet, quòd si postquam quis habuit filios naturales, duxit uxorem, ex qua procreavit legitimos, & ea mortua contrahit cum concubina, per tale matrimonium legitimantur filii naturales ex ea antea habiti: & ad hoc illum textum notat Angel. in §. Si quis verò non habens. ejusd. Authent. & illum textum ad hoc reputat singularem Angel. in leg. Nuper. in fin. Codic. de natur. liber. item etiam probat textus in leg. Divi Constantini. Cod. de Natur. liber. textus in Authent. de Incestis Nup. cap. Dubitatum. Collat. 2. & in expressò istam sententiam tenent Joan. Andr. in dict. capit. Tanta. 1. column. post princip. & ibi Anton. 3. column. num. 15. Card. 2. column. num. 5. Abb. Panorm. 2. column. in notabil. Ancharran. 3. column. num. 12. Præpos. column. 14. Joan. Andr. melius quam alibi in Regul. Sine culpa. de Regul. jur. in 6. ubi plenè disputat. 3. & 4. column. Anchar. in capit. Licet. de Voto. final. column. & quæstion. Bartol. in leg. Bonorum. ff. Rem rat. hab. 2. column. in fin. Alber. in leg. Cum quis. Cod. de Naturalib. liber. 3. column. versic. Circa secundum articulum. & ibi Joan. Faber. in suo breviario. Bald. in leg. penultim. §. Uxor. in fin. ff. de Solut. matrimon. Angel. de Imol. in leg. Cum decem mihi. §. final. ff. de Solution. Angel. in §. final. Instit. de Nupt. final. column. & ibi Platea. 2. column. post princip. Paul. Alexand. & Moderni, in leg. Pomponius. §. Quæsitum. ff. de Acquirend. possession. tenet etiam notabiliter & meliùs quam alibi Anton. de Rosell. in tractat. Legitimation. fol. 3. versic. Quæro ulterius. 1. column.

61 Item quæro: Si quis habet filium naturalem, ex eo nepotem legitimum, & naturalem, qui non potest succedere avo ab intes-

tato, nec habet jura legitimi quoad ipsum avum, ut in leg. final. Cod. de Natur. liber. & postea, mortuo filio naturali, qui erat in medio, contrahat matrimonium cum concubina, ex qua suscepit prædictum filium naturalem an legitimetur nepos quoad ipsum avum? Et certè est notabilis quæstio, & videtur dicendum quòd non (d) Primò, quia legitimatio debet priùs facere fundamentum in ipso filio, ut ex eo faciat transitum ad nepotes, & alios descendentes; quia principaliter de ejus persona, & favore tractatur, de nepotibus, vel aliis, argumento text. in dict. cap. Tanta cum similib. Sed ille filius reperitur mortuus: ergo nepotes, vel ulteriores descendentes non possunt legitimari. Secundò in confirmationem ejus facit textus in leg. Qui libertinus. §. Posthumus. ff. de Oper. libertor. ubi dicit textus quòd si libertus promisit domino suo aliquas operas causa libertatis, non tenetur eas præstare si postea suscipiat duos, pluresve filios, sed statim ab illa obligatione, & promissione liberatur, ut dicit textus in principio illius legis: tamen si talis libertus decessit, relicto posthumo in ventre uxoris, qui natus est post mortem liberti patris ejus, non liberatur hæres ab obligatione operarum; quia liberatio debet incipere, & fundari in persona liberi. Tertio, quia inhabilitas medii, per quod fit transitus de una persona ad aliam, impedit juris effectum, & acquisitionem: textus est in leg. 1. §. Certum. ff. de Acquirend. possession. Et confirmatur, quia medium inhabile impedit extrema conjungi: textus est in leg. Qui sella §. final. de Servitut. rustic. præd. textus in leg. Tria prædia eodem titul. Cum simil. & in expresso, ex prædicto fundamento istam sententiam tenet Paul. de Castr. in dict. leg. 1. §. Certum. ff. de Acquirend. possession. & ante ipsum tenet Guillerm. de Cuman. in leg. Benignus. ff. de Legib. & ibi tenet Alberic. & Bald. tenet etiam Paul. in leg. Scire leges. eodem titul. Alexandr. notabiliter in leg. Gallus. §. Si ejus. penultim. column. numer. 9. ff. de Liber. & posthum. Anton. in cap. Per venerabilem. Qui filii sint legitim. 13. column. in fin. versic. Requiritur. 3. Jason. notabiliter in leg. Si is, qui pro emptore. ff. de Usucapion. 31. column. num. 138. Platea in §. final. Institution. de Nupt. 2. column. in med. Anton. de Rosell. in tractat. Legitim. 3. fol. numer. 31. Ludov. de Sardis. in tractat. de Legi-

(d) Vide de hac quæstione latissimè Covarrub. de Sponsalib. 1. part. cap. 8. §. 2. numer. 18. Duèn. regula 130. lim. 2. Matienz. in leg. 10. tit. 8. lib. 5. Recopil. gloss. 3. num. 5.